

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Balduini opinio, Adamum primum sutorem, imo ipsum Deum fuisse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

UM  
Jes.  
icata.  
iscal.  
nten.  
genti.  
. pro  
is o  
s ani  
atqui  
naſc  
ali  
s ve  
Multi  
nin  
nudi  
n à li  
atqu  
i ip  
à tr  
pro  
tum  
dmil  
i Nu  
ecelli  
æ de  
atqu  
arun

LIBER PRIMUS. 3

spinarum injuria. Etenim, quod omni animantium generi est à natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueantur, id in humano genere præcipue cernitur, quod etiam de calceis sibi prospexit, ne tribulis atque spinis pedum plantæ lancinarentur. Battum in Theocriti pasto-ribus amicus monet :

Eἰς ὅρθον χειρόπεισ μὴ ἀνέλιπος ἔρχεο,  
Βάττε.

Ἐν γὰρ ὅρες πάμυοι τε, καὶ σύνπάλαστροι  
κρημαντίαι.

In monte cum ambulas, ne discalceas  
eas, Batee: in monte enim rubi  
atque aspalathi frondent. Scitum Ialkut in  
etiam apud Thalmudicos est pro Leg. fol.  
verbium : שׁ רְכַנְלָא בְּרַגְלָן דְּרוֹם כּוֹנָא  
dum calceus est in pede conculta spinas.

II. Hoc inventum cui debeatur; non adeo certum atque exploratum est; imo, si veterum monu-  
menta consulimus, penitus incog-  
nitum. Benedictus Balduinus Am-  
bianus, qui librum eruditum &  
elegantem scripsit de Calceo Anti-  
quo, putat nihilominus lucem ali-  
quam posse nos assequi, si conjectu-  
ram ducem sequi velimus, quæ  
A 2 licet

Bald, de  
Calc. Ant.  
cap. I.

#### 4 DE CALCEIS HEBRAEOR.

Gen. 3.  
v. 18. &  
19.

Gen. 3.  
v. 21.

licet in multis plerumque fallax,  
nos indubio pede ad Adami proto-  
parentis nostri tempora deducet.  
Conjicit videlicet, cum post ad-  
missum ab ipso primo parente pec-  
catum, justus peccati vindex Deus  
in eum verba illa efficaci voce  
distringeret: *Maledicta terra spinar*  
*& tribulos germinabit tibi: non videri*  
passum Adamum teneras pedum  
plantas spinis & tribulis misere lan-  
cinari, diffundi, discerpique nullo  
suppetente remedio: sed eam men-  
tem, quæ illi primum post vetiti  
fructus esum consuendorum è fi-  
cuum foliis perizomatum rationem  
suggererat, quo pudendorum ve-  
laret turpitudinem, etiam illam  
artem edocuisse, qua sibi uxori quæ  
suæ calceos è cæforum animalium  
pellibus, apte commodeque con-  
farcinaret: præsertim cum ipse  
Deus exemplo præiret, qui Fe-  
*Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas*  
*& induit eos*, uti inquit in sacra pa-  
gina Moses: unde Adamus, hoc  
edoctus exemplo, eadem ratione  
pedum nuditati consuluit. Quin  
Deum ipsum r' vult primum &  
proprium calcet in authorem  
agno-

R.  
allax;  
proto-  
ducet  
st ad-  
e pec-  
Deus,  
voce  
spina-  
videri  
edum  
re lan-  
nullo  
men-  
vetiti  
è fi-  
onem  
m ve-  
illan  
oriqu  
alium  
e con-  
a ipse  
Feci  
lliceas  
ra pa-  
, hoc  
tione  
Quin  
um &  
norem  
agnos-  
LIBER PRIMUS. 5

agnoscere, qui sicut Adamo atque uxori ejus tunicas pelliceas fecit, cum nuditati ipsorum voluerit esse consultum, ut non est parcus, aut imprudens, aut invidus, aut inops bonorum largitor, ita etiam censendus est illi calceos eadem ratione consuisse, quo in necessariis ad vitam comparandis, minaces spinarum tribulorumque aculeos tutius evitaret.

III. Hæc quidem ingeniose doctissimus Balduinus conjectit; non tamen solida videtur ipsius ratio. Adamum, ut nuditati consuleret, folia ficuum consuisse, ac deinde Deum tunicas pelliceas fecisse non tantum ipsi, verum etiam ejus uxori, indubium plane est, quæ prima vestium origo fuit. Exinde vero concludi haudquam potest, eandem mentem Adamo dictasse calceos consarcinare, quæ ipsum docuit tegendæ nuditati folia consuere, quæque observavit Dei exemplum, qui tunicas fecit pelliceas: aut eadem ratione Deum Adamo calceos consuisse, ut evitaret spinarum tribulorumque aculeos, qua ipsi prospexit de tu-

A 3. nicis